



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antonii Mvsae Brasavoli Medici Ferrariensis Examen  
omnium Trochiscorum Vnguentorum, Ceratorum,  
Emplastrorum, Cataplasmatumque, & Collyriorum**

**Brasavola, Antonio Musa**

**Venetiis, MDLI**

Ad Illvstriss. Ac Pvdiciss. Virginem Lvcretiam Estensem Hieronymus  
Brasauolus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70720](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70720)

I  
II  
III  
IV  
V  
VI  
VII  
VIII  
IX  
X  
XI  
XII  
XIII  
XIV  
XV  
XVI  
XVII  
XVIII  
XIX  
XX  
XXI

ANTONII MVSÆ

BRASAVOLI

Medici Ferrariensis

Examen omnium Vnguentorum,  
quorū apud Ferrariēses pharmacopolas  
vfus est:

AD ILLVSTRISS. AC PVDICISS.

VIRGINEM

LVCRETIAM ESTENSEM.



AD ILLUSTRIS. AC PUDICISS.

Virginem LUCRETIAM Estensem

Hieronymus Brasauolus.

**S**icut inter antiquiores Romanas matronas nobilissima uirgo Lucretia illa pudicitiae specimen inter tot eiusdem cui mulieres omni honore digna existimabatur, ita & nostris huiusmodi tu ipsa LUCRETIA ESTENSIS inter nostrates, ac uirtute praeditas uirgines primum locum proculdubio obtines: nam non solum omnibus animi, ac ingenij dotibus (absit assentatio) es praedita: uerum & in graecis, ac latinis literis adeo profecisti, ut nemini sis in his qui tuam agunt etatem secunda: in clementia uero, liberalitate, pudicitia, ac reliquis animi moribus ceteras adeo superas, ut oes te amare, uenerari, ac suspicere cogas. De corporis autem dotibus mihi nihil attinet dicere, quonia haec ad naturam spectant, quae te tam pulchram, tamq; decoram effecit, ut nulla unquam fuerit, neq; sit in praesentiarum, neque in posterum futura sit, quam pulchritudine, & decoris gratia non excedas. Nulla igitur admiratione afficiaris Illustrissima Virgo, si ego in cuius manibus est patris mei libellus imprimendus, illum tibi dicere statuerim, quoniam & longe maiori munere digna es, utpote quae omnes pulchritudine, doctrina, ac uirtutibus moralibus excedis. Accipe igitur Virgo Illustrissima munusculum hoc, quod ab eo qui te summo opere diligit, ac obseruat, prodit. Vale.

Antonij